rem dilabitur. corripitur per sanam doctrinam: siue
ut corrigatur. siue ut condemnetur: dum etiam
ipsi sancti homines. uel angeli. exhiberi sibi noluit.
quod uni deo deberi nouerunt. Apparuit
hoc in paulo. et barnaba: cum commoti mira-
culis que per eos facta sunt licaonii. tanquam
diis immolare uoluerunt. Concissis enim
uestimentis suis confidentes et persuadentes se
deos non esse: ista sibi fieri uetuerunt. Ap-
paruit et in angelis sicut in apocalypsi legi-
mus. angelum se adorari prohibentem: atque di-
centem adoratori suo. Conseruus tuus sum
et fratrum tuorum: deum adora. Honorandi
sunt ergo martires. propter imitationem: non ad-
orandi propter religionem. Honorandi sunt cari-
tate: et non seruitute.,;

Iste Liber beate marie de herinnes ord. cartus.

LIBER sancte MARIE HEREAUS [illegible]

Luna prima. secunda tercia. quarta quinta sexta sep[illegible]
nona decima. undecima. duodecima. tredecima. q[illegible]
quindecima. sextadecima. septimadecima. octa[illegible]
[illegible] uicesima. uicesima prima. uicesima secunda. uicesima [illegible]
[illegible] uicesima quinta. uicesima sexta. uicesima septima [illegible]
[illegible] tricesima